Cum autem hic dicitur, phyſicam intelli-
gendam eſſe vniuerſi cognitionem, corporei, &
incorporei, & ut alibi prius diximus.

» Secunda quæ ad diuinarum rerum cognitionem
» perueniat, ipſarum dico, quæ primæ ſunt
» cauſarum altiſſimarum, & aliorum omnium,
» quæ inde duce natura emanant.

Et quamuis initio verborum ſuperiorum Ari-
ſtotelis phyſiologiæ liber vij citetur, cum
nullus Ariſtotelicorum librorum, vel eorum,
qui extant, vel quos Laertius commemorat,
phyſiologiæ nomine, fuerit inſcriptus, intel-
ligendi ſunt hic, ij libri, quos oſtendimus de
Bono, ac de philoſophia, fuiſſe inſcriptos. Cum-
que philoſophiæ diuiſio, quæ hic ab Ariſtotele
affertur, nullibi in Platonicis dialogis legatur,
neceſſe eſt, eam diuiſionem. Si quis vero dicat,
non videri Ariſtotelem ſibi conſtare, ut qui
in allatis ex eo verbis tantopere Platonem
laudet. Sicuti, & in ara ei poſita, & tamen eum
libris ſuis pluſquam 60. locis, & pluſquam de ve-
teribus quemquam alium, exagitat. Id ſane ob-
iectum, ſolui poſſe arbitramur, ſi dicamus, Ari-
ſtotelem, dum a Platone ad archana colloquia
admittebatur, ei beneuolum fuiſſe. eumque tan-
topere laudaſſe. Sed poſtquam Plato eius mores
improbans, Xenocratem, & Speuſippum, & alios
ei præferens, cum amplius, ſicuti ex Æliano
Tomi primi Diſcuſſionum noſtrarum lib. primo, re-
tulimus, magna inter eos diſſidia ſunt orta.
Quæ vſque ad Platonis obitum, ſi Æliano cre-
dimus, perdurarunt. Sed Platone vita functo,
ipſeque decennio partim apud Hermiam Eunu-
chum, partim apud Alexandrum degens ad 50.
ætatis annum perueniſſet, Athenas reuerſus,
contra Xenocratem, qui in Platonis ſchola ſuc-
ceſſerat, ſcholam aperuit. in qua integros an-
nos docuit. Quo tempore veriſimile eſt
eum ſuos libros in otio confeciſſe, hos ſci-
licet, qui eius nomine circumferuntur. In
quibus tot locis Platonem vexat, quem antea
magnopere laudauerat. Sed credibile quoque
eſt eum, poſtquam libros de natura, de cœlo,
de anima, & Metaphyſicos confeciſſet (ma-
nifeſto enim hi, vti ante ſcripſi, ab eo in my-
ſtica philoſophia citantur) poſtquam odium
in eos euomuiſſet id ei iam in ſenio accidiſſe,
quod Plato pluribus alijs eueniſſe ait, qui
ab eo audierant, quos ipſe non ſcripſerat ſer-
mones de rebus diuinis, nimirum, ſcripſiſſe.

Σχεδὸν γὰρ ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐκ ἔστι τούτων πρὸς
τοὺς πολλοὺς καταγελαστότερα ἀκούσματα, οὐδ'
αὖ πρὸς τοὺς εὐφυεῖς θαυμαστότερα, καὶ ἐνθου-
σιαστικώτερα. Πολλάκις δὲ λεγόμενα, καὶ
ἀεὶ ἀκουόμενα. καὶ πολλὰ ἔτη μόγις, ὥσπερ
χρυσὸς ἐκκαθαίρεται, μετὰ πολλῆς πραγματεί-
ας. Ὃ δέ, θαυμαστὸν αὐτοῦ γέγονεν, ἄκουσον.
Εἰσὶ γὰρ ἄνθρωποι ταῦτα ἀκηκοότες, καὶ πλεί-
ους, δυνατοὶ μὲν μαθεῖν. δυνατοὶ δὲ μνημο-
νεῦσαι. Καὶ βασανίσαντες πάντῃ πάντως κρῖ-
ναι, γέροντες ἤδη καὶ οὐκ ἐλάττω τριάκον-
τα ἐτῶν ἀκηκοότες, οἳ νῦν ἄρτι σφίσι φασί,
τὰ μὲν τότε ἀπιστότατα δόξαντα εἶναι, νῦν
πιστότατα, καὶ ἐναργέστατα φαίνεσθαι. Ἃ δὲ
τότε πιστότατα, νῦν τοὐναντίον.

» Ferè etenim vt mihi videtur, non ſunt his ad vul-
» gus ridiculæ magis auditiones. Neque e contra
» ingenioſis mirabiliores, & diuiniores. Mul-
» toties vero ſi dicantur, & ſemper audiantur,
» multis annis vix tanquam aurum purgatur
» multo labore. Quod vero mirabile hoc eue-
» nit, audi. Sunt homines, qui hæc audierunt
» etiam multi, qui poſſunt & addiſcere, & re-
» cordari. Et poſtquam quaquauerſum di-
» ligenter examinarint, iudicare: iam ſe-
» nes, & non minus quam 30. annis hæc poſt-
» quam audierint, qui ſibi nunc dicunt, ea quæ
» tunc incredibiliſſima, & manifeſtiſſima vi-
» deri. Quæ vero tunc, credibiliſſima, nunc
» e contra.

Ex his ego tot, tum teſtimonijs, tum rationi-
bus, nos colligimus, Ariſtotelem dum Platoni eſſet
beneuolus, & ab eo ad archana, & clariora
colloquia admittebatur, libros illos de Bono,
& de Philoſophia ex ore eius exceptos, ſcri-
ptos ab Ariſtotele fuiſſe. Myſticam vero Æ-
gyptiorum philoſophiam, tunc temporis itidem
a voce Platonis auditam, & in aduerſaria
deſcriptam. Et ſuccedente inter eos diſſi-
dio quaſi contemptam & deriſui habitam.
Et dum ſuos conſcriberet libros, omnem ope-
ram in Platonis dogmatis confutandis poſuiſ-
ſe, iis nimirum, quæ Platonis, per dialogos,
publicata dicerentur. vt ſua preferret, tum
Platonicis, tum vetuſtiorum philoſophorum
omnibus. Cur autem dicam, myſticam philoſo-
phiam ab eo cum Platoni amicus eſſet in
aduerſaria, relatam, ea ratio eſt, quod
in ipſa, & meta phyſicos, & naturales, &
libros de cœlo, & de anima citatos compe-
rimus, & multa etiam dogmata vt motus,
vt animæ definitiones, vt intellectus
agentis, & materialis, actus, & potentiæ,
& ſimilium diſtinctiones. Quæ res manifeſte
conuincit Myſticos hoſce libros ab eo,
poſt illos omnes fuiſſe conſcriptos. Quan-
do ſcilicet. Platone, & Speuſippo vita
defunctis, ipſe iam ſenex eſſet, & tunc
cognoſceret, quæ ſibi antea ridicula viſa
eſſent, eſſe vere admiranda. Quæ vero ~~ex~~
ex propria ſcripta eſſent ſententia, & falſa,

e contra

http://digital.slub-dresden.de/ppn346256135/19